

tius ac pedum longe nimis. barba vero 7 capilli corpus eius omne circumdederunt: cutis illius quasi pel-
lis testudinis. Tunc ipse cum lacrimis: ad nos ex-
orsus est ita. Fratres mei benedicti unde estis: vel unde
huc aduenistis. dicite nobis qualiter se habeat gen-
tium humanum. vel quomodo fides christianorum. et si sarace-
ni vel ethnici. hactenus christi populo persecutionem in-
gerunt. Nos itaque ut interrogati sumus. ei per ordi-
nem responsum dedimus. simul dicentes angustias
7 pericula que per omnem passi sumus viam: 7 quia
voluntas ac desiderium esset ire. ubi celum terre se in-
git aperuimus. Ipse autem ad hec respondens ait.
Filioli mei carissimi audite me. Ab isto loco ultra ad
paradisi loca non potest ire homo carne vestitus. Ego
enim peccator exiguus valde in hac etiam voluntate la-
boravi. cupiens ultra procedere: ut finem terre ac poli
cernere quivissem. sed nocte quadam affuit mihi in vi-
su domini angelus: dixitque ad me. Ne ultra proce-
das: neque dominum temptare presumas. Cui ego. quare
ob causam inquam mi domine inantea pergere non li-
cet. At ille. de isto inquit loco viginti sunt miliaria us-
que ad paradysum. ubi adam 7 eua in delicijs constitu-
ti fuerunt: super ipsum vero paradysum celum terre iun-
gitur. Posuit denique dominus ante eundem paradysum che-
rubin cum ignea romphea atque volubili ad custodien-
dum vite lignum: 7 habet a pedibus usque ad umbilicum
similitudinem hominis. pectus sicut pectus leonis. ma-
num sicut cristallum habens gladium ut seruet paradysum:
nec aliquis illuc primare valeat. Ego itaque
audiens ab angelo. amplius non respondi: nec ultra
procedere temptavi. Igitur ego theophilus 7 itineris mei
socii ac fratres. ista a sancto audientes. prostrato omni
corpore collaudavimus dominum. 7 ipsum servum christi saluta-
vimus. vespere autem facto dixit nobis. fratres mei dile-
ctissimi. exite foras cellulam. 7 expectate paululum: ha-
beo enim leones duos qui per diem foras ambulantes.
sero ad me revertuntur. ne ipsis subito venientibus ma-
li aliquid patiamini ab eis. Nobis ergo cum pauore paulu-
lum exerentibus: leones rugiendo extemplo aduene-
runt. Ipse vero manus super eos ponens. ac colla de-
mulcens: ait illis. Filioli mei. boni fratres tres de se-
culo venerunt ad nos: ne faciatis illis malum. Conti-
nuo nos aduocatis: dixit. Fratres venite 7 iam timere
nolite. Nos vero cum pauore nimio intrantes. saluta-
vimus illum. 7 vespertina sinaxi celebrata. resedimus:
glandes ac herbarum radices pro cibo sumentes. 7 aquam
bibentes cum silentio. Mane autem facto: locuti sumus vi-
ro sancto dicentes. Pater sancte 7 domine. obsecra-
mus tuam beatitudinem ut conversationem tuam nobis enar-
res. 7 quomodo huc aut unde venisti. 7 quo nomine
voceris: edicito nobis. At sanctus nobis tale dedit
responsum. Ego inquit mi amantissimi fratres 7 filij.
macharius vocor: in regali ciuitate natus 7 nutritus fi-
lius viri romani. qui inclitatus fuit 7 in imperiali pollebat
ciuitate. Cum autem pueriles excessissem annos. me renu-
ente ac nolente pater meus desponsauit mihi uxorem
diemque statuit nuptiarum. Interea thalamo adornato.
cum iam frequentia populi fuisset inuitata. 7 sponsa
sedente pater meus hylarior effectus. cunctos inuita-
tos hortatus petere quicquid vellent. Omnibus autem
qui aderant. iocis ac saltationibus intentis: furtim exi-

ui: 7 domum vidue cuiusdam familiaris intraui. ac se-
ptem dies cum illa latitans permansi. Ipsa autem diebus
singulis domum patris mei ingressa. audiuit queque de
mea inquisitione loquebantur: 7 veniens cuncta mihi re-
plicans dixit. Pater autem meus cum me undique re-
quirendo non inueniret. fleuit amarissime: sed 7 ma-
ter ac tota familia. Octaua exinde die. id est nocte do-
minica. mulierem illam salutavi. 7 egressus in publicam
viam. inueni virum quendam canicie venerabilem: qua-
si ad ambulandum stantem. Quem adorans dixi. Ubi
pergere habes senior sancte. At ille hylari vultu ad
me conuersus dixit. Ubi tu ire desideras. ego tecum
ire dispono: eo quod itinera ipsa mihi opido sunt cogni-
ta. Tunc ego confortatus: cepi hominem sequi. Per
domos vero exinde intrantes vicinas. per viam pane-
rogauimus accipere: 7 accepimus. Per plurimos au-
tem dies ambulantes. tandem peruenimus ad angu-
stias viarum omnium: unde vos venire dixistis. Cum
ergo ad triginta miliaria prope locum istum venis-
semus. quadam die sedentibus nobis inter ipsa mutua
colloquia: repente socius disparuit. Tunc ego nimi-
um turbatus 7 quo me verterem ignarus. cadens in ter-
ram plangebam validissime. Et ecce presertim sine mo-
ra. is qui ante disparuit. cum magna claritate appa-
ruit: 7 ita affatus est me. Noli turbari dilectissime. ego
enim sum angelus raphael in adiutorium tibi missus qui
te huc perduxit precepto altissimi. Dominus autem vi-
am tuam prosperam fecit. Loca liquidem tenebrarum.
loca tormentorum. loca penarum pertransisti. in luce venis-
tisti: fontem aque viue 7 loca iustorum vidisti. Idcir-
co noli timere: sed surgens viam tuam proficiscere.
Quo dicto rursus qui appuit: disparuit. Ego vero
interea viribus receptis. surgens ambulare cepi 7 a-
longe onagrum intuitus: clamaui: dixitque illi. Ave pro-
christum qui te creauit: ostende mihi viam per quam am-
bulam. ipse autem concite occurrens. ingressus est an-
te me per semitam quandam paruulam 7 angustam
quem ego subsequutus sum. sicque duos compleui-
mus dies: simul ambulantes. Die autem tertia aspe-
rimus ceruicem mire magnitudinis alonge. Quem on-
ager videns et pertimescens: declinauit a me. iterum
ego solus relictus angustiatus super viam omnino non
habens. Tunc contra ceruicem clamans dixi. Quia
adiutorium mihi tulisti. per deum te coniuro: semitam
mihi ostende. Ad hanc vocem veluti animal dome-
sticum ad me declinans. angustum ingressus est cal-
lem: post tergum me semper aspiciens. Sic ergo tres
insimul ambulavimus dies. Tum ecce quarta die
mensum ac terribilem offendimus draconem: medi-
am distentum per viam. Quem ut ceruus vidit: re-
pente fuga elapsus euasit. Ego interim timore vali-
do percussus. in terram cecidi. Deinde confortatus
in domino surrexi: ac me signo sancte crucis munies.
ad draconem dixi. Deum omnipotentem time: 7 no-
li mihi nocere. Tunc ipse terribiliter de terra se eri-
gens: humana me affatus est voce dicens. Veni be-
nedicte domine tu enim es seruus dei altissimi ma-
charius. Angelus autem sanctus raphael. figuram 7
vultum tuum mihi demonstrans. precepit concite ut
tibi occurrerem: atque perducerem in locum a deo ti-
bi preparatum. Ego itaque quarto hodie die te h ex-